Quamvis amor care (sic), scriptum velut innuit a te,
Non tamen oro meis de rebus solliciteris,
Sat quia cautus ego de re per cuncta cavebo.

§ Optat ut ista tibi, tua sic mihi litera sribi.
Eice Christe tua tenebras de corde lucerna,
His qua (quae?) sancta tui querunt vestigia verbi.

§ Es dilecta mihi quia munera cara dedisti:
Vas bene tornatum nitidumque, bibentibus aptum.
Allia preterea, mea que poscit medicina.
Si tamen addideris plus, grates semper habebis.

§ En ego quem nosti, sed amantem prodere noli.
Deprecor ad vetulam te mane venire capellam.
Pulsato leniter (l. leviter), quoniam manet inde minister.
Quod celat pectus modo, tunc reteggit tibi lectus.

Hierdurch wird uns zuerst ein Blick in die Oertlichkeit dieses ganzen Verkehrs eröffnet, denn die Alte Capelle ist in Regensburg, und wenn wir den folgenden Versen trauen dürfen, so war der Probst derselben nicht nur selbst der Verfasser und Liebhaber, sondern äusserte sich auch sonst sehr unpassend. Sein mit H. beginnender Name muss nach dem Metrum zweisilbig gewesen sein. Da jedoch verschiedene persönliche Beziehungen vorzukommen scheinen, so möchte ich nicht behaupten, dass der Probst mit dem später bezeichneten Lütticher Lehrer identisch sein müsse. Ist er es, so hat er sich hier derber und plumper als sonst benommen. Die Verse lauten:

Prepositus vetulae mandat tibi fausta capellae,
H. quam primam sibi sors bona fecit amicam.
Prima tamen non es, quia duxerat antea bis tres.
Septima venisti, supremaque vix placuisti.

Zu dem zweiten Verse vgl. oben den Anfang dieses freundlichen Verkehrs. Unmittelbar hierauf folgt nun eine

sehr bittere Invective, von der sich nicht sicher sagen lässt, ob sie aus demselben Verhältniss entsprungen ist; doch ist es eine gelehrte, schreibende Dame, die eine Meisterin hat, und der Schreiber nimmt eine Verehrung in Anspruch, die auf höhere Stellung schliessen lässt. Auch v. 15 stimmt recht gut zu der früheren Aufforderung, während das Missvergnügen über den einst gewünschten Genuss schon in den letzten Versen durchblickte.

- Domnae lascivae, viventi luxuriose,
 Tot tradi iuvenes remanet, quod (l. quot) in orbe volucres.
 Stulti, ceu fertur, proverbia sepe locuntur:
 Ex ipsis sumunt, illis incognita quae sunt.
 5 Hoc cum detegitur, pro certo decipiuntur.
 Sic tibi fit miserae, dum non es quod cupis esse.
 Scribis materiem, sed non finis rationem.
 Sensu quae nescis tenuis, verbis lacerabis.
 Deformi facie, lustras circa loca quaeque.
 10 Non parcet vetulo luxus tuus atque pusillo.
 Expertos deseris ¹⁾, maiores quosque requiris.
 Innuptae nuptam te derisere puellae:
 Conveniens nomen ponunt tibi demonialem.
 Amplexus ullos non effugies nisi castos.
 15 Pervigil urbanas bene scis pulsare fenestras,
 Et semel inmissa, non sponte tua redis ultra.
 Donec sudantem fessum quoque reddis amantem.
 Miror te talem, dementem, sic facientem:
 Me quem debueras venerari, voce laccessas,
 20 Eructans virus, quo ferves plenior intus.
 Sed quia tu vilis contra nos scripta capessis,
 Indignumque reor, si totis viribus utor
 Adversus domnam quam nescio desidiosam:
 Vade tamen propere, cervicem subde magistrae.
 25 Verberibus sevis alioquin conficieris.

¹⁾ Des Metrums wegen möchte man die Worte umstellen, der Reim ist auch v. 12 vernachlässigt.

Auf dem Rest der Seite 95 v. findet sich nur noch vereinzelt unter ganz anderen Dingen der Vers:

Prepono reliquis te solam quae bene servis.

Fol. 96:

Cynthia quae tenerum pia nobis prestitit aprum,
Rex et convivae, suavemque bonumque probate.

Diese Zeilen mögen wohl wirklich durch einen der nicht seltenen königlichen Besuche in Regensburg veranlasst sein, von denen auch noch weiterhin die Rede ist. Dagegen gelten der Geliebten die Verse:

Sicut christallo iacinctus fulget in albo,
Fulges mente mea, mihi tempore quoque serena.

Hierauf folgt f. 96 v. die poetische Epistel einer Dame, welche den gelehrten und freundschaftlichen Verkehr wünscht, gegen weitergehende Zumuthungen aber sich verwahrt:

Hunc mihi Mercurius florem dedit ingeniosus,
Quo possim viciis precibusque resistere foedis.
Jus igitur nullus retinet de me quoque stultus.
Quos incesta iuvant, consortia nostra relinquant.

5 Qui nostris longe sociis discordat ab ore (sic).

In quorum numero si converseris, abesto.

Vix admittuntur, qui rebus mille probantur,
Sed tamen hos modice complectitur atque modeste.

Denique quis (d. i. quibus) Virtus nostrum vult credere
pignus,

10 Illos extrema curat bene fingere luna,

Ut sermone bono clam crescant atque perito,
Moribus egregiis sint undique rite politis.

Ergo quam venias prius ad nos, instrue pennas,
Si quas imposuit ratio tibi, quando creavit,

15 Ne qua parte dolo sis oblitus inveterato.

Quem similis morum sibi iunxit fama bonorum,
Illi vestalis chorus obtat dona salutis.

Unter allerlei Sprüchen steht f. 96 v. folgender fromme Wunsch, der unserm unanständigen Probst wohl anstehen könnte:

Christe, potestatem mihi da, precor, hanc potiozem,
Cum maior fuero: nunc fulgeo nomine solo.

Auf das erbetene Geschenk, wie es scheint eines Gehänges, um die Schreibtafel daran zu tragen, beziehen sich die Verse f. 97:

Explorare mei te credo munia voti,
Quod perpendiculum rogitas a me tabularum.
Prospice re parva, mea sit devotio quanta,
Quae non tarda tuis favet officiosa petitis.
Ergo tuo lateri dum iungas quae tibi feci,
Interiore nota cordis me sedulo porta.

Gegen neidische Zungen, vorzüglich wohl gegen die gleich darauf erwähnte Nonne, ist das folgende etwas unklare Stück gerichtet; es scheint, dass das Blei des Bleistifts als Waffe dienen soll.

Quas livor recoquit, quas gloria nostra perurit,
Dicunt murenulas nos ex stagno fabricatas.
Verba potest facile patiens animus tolerare;
At si pugnabunt, nos Palladis arma iuvabunt,
Fracturas plumbum, quod habet (habent?) sub arundine
fixum.

Ergo vippereas satagas compescere linguas:
Fertur avis tenero semper fore candida rostro.

§ Sum merito tutus, perfectos quosque secutus,
Et sic semper ero, quia fit mihi litera medo.
Cur paterer, tali quod lederer a moniali?
Immo viros pellam, multo mage vinco puellam.

§ Anulus in donis missus fit pignus amoris:
Ergo de more fedus studeamus inire.

Hierauf erfolgt jedoch eine ablehnende Antwort:

Foedus quod narras, nutrix mea nescit Honestas,
Nec prorsus talein voluit me discere morem.
Non valeo crebrum de te sufferre regressum,
Ad te cum nostrae concurrant quaeque puellae.

Die beiden letzten Zeilen scheinen kaum zu den ersten zu gehören. Es folgt unmittelbar, ohne irgend eine Unterscheidung, wie denn auch die Verse nirgends abgesetzt sind: Quamvis sis procere stature, tamen mihi videris in sensu repuerascere. § Levitae dicuntur a Levi u. s. w. Dann aber f. 102 in gleichem Sinne:

Quos docuit virtus ad honestum tendere fedus,
Hos non amoveam; sed dignis digna rependam.
Non autem didici privato federe iungi.
Nuper velatae, domino vos sanctificate,
Ne frustra sponsum signaverit anulus illum.
Velatas noviter vocat ad nova iura magister:
Scilicet ut sapiant et opus levitatis omittant.

Nach einigen fremdartigen Epigrammen folgt f. 104 v. wieder ein längeres Gedicht an eine spröde Geliebte, von welcher der Dichter wärmere Annäherung wünscht, aber gesucht und theilweise unverständlich. Wir haben zur Characteristik dieses Verkehrs genug mitgetheilt, und können nun manches übergehen. Auf derselben Seite steht noch folgendes Epitaphium:

Cur, pater et mater, cur ploras, unice frater?
Non gemitu revocor, non lacrimis repetor.
Non flos etatis, non spes me posteritatis,
Longius hic tenuit, quam domino placuit.

Sodann ein Gedicht einer Mutter, Namens Hemma, an ihren gestorbenen Sohn:

G. pro h. posita, que fertur nomine gemma,
 Illi quem cura suevit nutrire benigna,
 Non mater qualem, nato cupit esse salutem,
 Sed quia spiritui debet se vita regenti.
 O decus optande, mihi pars o maxima famae,
 Dic, rogo, dic iuvenis, probe dic fili mihi dulcis:
 Quid tibi, quid feci? quid me sic deseruisti?
 Non opus est florem te poscere Mercurialem,
 Nam retinens (retines?) herbam tibi me curante dicatam,
 Quae spiret dulcem pigmenta suavis odorem.

Tritt uns hier ein Anklang an Martianus Capella entgegen, so noch deutlicher in den folgenden Versen (f. 105), die an den scheidenden Freund gerichtet sind, welcher eine Pilgerfahrt nach Rom, wenn auch mit sehr weltlichen Gedanken, unternahm. Diese Verse sind nicht gut zu entbehren, wegen der späteren Beziehungen darauf; anfangs hatte ich sie fortlassen wollen, weil sie theilweise verderbt und schwer verständlich sind. Der erste Vers ist ganz dunkel; vielleicht fehlt der Eingang. Weiterhin ist von den Töchtern des Merkur und der Philologie die Rede, die ich sonst nirgends erwähnt finde, und doch kann ich nicht glauben, dass sie von der Dichterin erfunden sind; die Namen aber sind entstellt. Die Verse lauten:

Munere donatis cesar vixisse tabellis.
 Credimus esse parum, nisi demus nos quoque donum,
 Temporibus festis et moribus utile nostris.
 Immo tibi, frater, dat amor tibi munera noster,
 5 Aut (Non?) de materie producta, sed ex ratione,
 Justa relativis que dictant munia flammis,
 Ut videas inopes non prorsus egere sorores.
 Mercurii natae sunt tres et Philologiae,
 Quas pater ingenii iussit nobis famulari,
 10 Ne titubes (l. titubet) studium sub inepta negotia flexum.

Enprophonen (Eaprophonen?) docti primam dixere palefg
(l. Pelasgi),

Commoce (que), bonos que blande (l. blanda) receptat
amicos;

Engialen aliam susceptis officiosam:

Virtutum robur comes his Basithea locatur,

15 Ex habitu casto, quod agit, decorans et honesto.

Has tibi contiguum, si vis, prestamus in usum,

Condicione tamen facias vite specialem (sic)

Distans hospitibus, quibus est vaga mens uti corpus.

Te decet ut placide fidas venereris ubique.

30 Unda calens patriae monet ut sis fervidus igne,

Ignе salutari, quo virtus debet amari.

Die letzten Verse scheinen auf die Aachner Quellen zu deuten, welchen Lüttich, des Pilgers Heimath, wie wir gleich sehen werden, benachbart ist.

Die Antwort lautet:

Carmine dives eram, cum paucis rebus egebam;

Carmina posthabui, postquam ditescere cepi:

Jam non est tutum, contendere carmine tecum.

Prolem Mercurii tibi testaris famulari:

5 Illa mihi sobolis sunt munia mercurialis.

Quin ipsam doctam scio te docuisse Minervam,

Quae dedit ignitum vultum tibi, corque peritum,

Teque saginavit, vel sic ignoscere iussit,

Ne late (l. lateat) quantas gestent tua pectora flammas,

10 Flammas et turpes, quibus et me torrida torres.

Longe præcellis, longe me carmine vincis:

Victum me fateor, tandemque manus dare cogor.

Diesem poetischen Wettstreit gehören auch die folgenden Verse an:

Treicius vates iustas reperit sibi clades,

Presumens vestrum scribendo lacescere sexum.

Risit ventosas Tritonae Marsia buccas:

Hinc cute detracta defluxit ut amnis in arva,

- 5 Feminisq; mares cesserunt litibus omnes.

Sit satis exemplis me commonitum memoratis,

Hanc ut devitem, quia non sum par tibi, litem.

Tu (sic) me clamoso cornix movet improba collo,

Ut solet, e vestris quae clamat mane fenestris.

Dann die Antwort:

Quod me collaudas, tanquam Tritonia Pallas

Fecerat (l. Fecerit) ignitam metrique sub arte peritam

Me, non ingratum mihi, quamvis gratia verbum

Hoc tua prestiterit potius quam res solidaret.

Laus etenim, quam fert dilectio, non reprobat.

- 5 Sed dare velle manus te miror, cum neque vinctus (l. victus)

A me dicaris, neque penam promerearis.

Treicius vates et Marsia, quod vehementes

Extiterant animo, diras meruere profecto.

Nos nihil astute, nihil illicitum meditatae,

- 10 Ne sine muneribus discedere te sineremus,

Unanimes sobolem dedimus tibi mercurialem.

Quam si fastidis melioraque dona requiris,

Iunonis comitem dabimus quacunque placentem.

Attamen est forma pulcherrima Deiopeia:

- 15 Hanc cape promissam tibi, princeps Eole, quondam (Vgl.

Aen. I, 76).

Spernimus antiquas non prestet omnia (propter nomina?)
nimphas.

Nunc ne plura tibi scribam, commoda (l. commotio) regni

Famaque terribilis prohibet tristissima nobis,

Virgis mobilibus avium vice qui (l. quae) residemus.

- 20 Esse memor nostri vivas, ubicunque morari

Te iubeat dominus; nos denique corde videmus.

Jam valeas animo, valeas quoque corpore tuto,

Sic ut nil in eis deposcat sors tua, nec plus.

Hier haben wir also v. 16 u. 17 eine Zeitbestimmung, nämlich den Aufruhr im Reiche und zwar, wie aus manchen der folgenden Stücke hervorgeht, unter Heinrich IV.; ich vermuthe, dass der erste grosse Abfall des Jahres 1076 gemeint ist. Die Gründe werden sich später ergeben.

Unser Pilger scheint von seiner Reise einen verliebten Brief geschrieben zu haben, denn er erhielt folgende Antwort (f. 105 v.):

- Monstrat Clio bonam sub honesto nomine famam,
Optima Calliope vox est signata latine:
Haut bene limatum quas poscis comere votum.
Numquid proposito concepto sunt scelerato (sic)
5 Grecos inlustres Musae quondam facientes?
Est fedus¹⁾ cum matre Cupido,
Qui tibi spe vacua promisit federa nostra,
Ut scribas penna te decipiens fugitiva.
Sed tamen ille puer tibi dictat inepta, magister!
10 Quomodo nos primas tibi demonstravit amicas?
Erras nimirum, nec habet te Legia natum,
Si nos molitis (mollitis?) pariles vis esse puellis.
Illos diligimus, quos sculpsit provida virtus:
Quosque modestia se monuit spectare modeste.
15 Ergo correcti cape sanus munia voti,
Et vome pestiferam Veneris puerique cicutam,
Ridentis flentes mutilatum fedus amantes.
Denique si tibi se fautorem Jupiter ipse
Adderet, et cithara peteret nos Phebus acuta,
20 Omnibus adiunctis in vota nefaria divis,
Spes tua concideret et leto fine careret.
Te non castorum decepit miles amorum,
Ovidius, qui te²⁾ suasit carnem amare,

1) d. i. foedus; in der Handschrift ist nach Cupido eine Lücke.

2) Verbessert in tibi, aber der Vers wird dadurch nur noch fehlerhafter.

- Quo subvertuntur miseri, non erudiuntur.
- 25 Si condonamus tibi culpas, diiudicamus,
Antodoto (sic) sanae rationis te valuisse.
Posce tamen puerum, mordax sedare flagellum,
An te castigat, quem spes mendosa fatigat?
Gratia domnarum quicquid prestabit honestum:
- 30 Hoc illi reddit, que (qui?) cuncta modesta requirit.
Non incanta tibi Lethen sed callida fugi (sic).
Ne dicas animum quod agat conceptio nostrum:
Non tantum nocuit, nec tali iure valebit.
Quin se reposcant (sic) mihi docte limina dicant
- 35 Omnia verba tui, quae discedens retulisti,
Et recolo nostrae fuerint quae verba decanae.
Hoc discessuro fuit apta salutis imago,
Hoc etiam per te nosti si stas rationem (l. ratione).
Qualis tantarum sapientia sit dominarum,
- 40 Nullus doctorum scit pandere philosophorum.
Sunt etenim clarae nimium stabilesque figurae,
Et fundamentum vim non metuens fluviorum.
His nostri stabiles fieri creduntur honores.
At prorsus dubito, quid sit super oscula nostra:
- 45 Haec tua si credis, noli superaddere nobis,
Ni fiat causa rationi non aliena.
Sed si quid falsum dixisti, sponte remitto,
Nam quod amant stolidi, cito credunt posse repleri.
Nil mihi displicuit, quia mens mea non dubitavit,
- 50 Quin penitus nostris velles contendere verbis.
Sed sapiens fueras haec quod loca sancta petebas,
Ut tibi responsum fieret divinitus aptum.
Reddere pro nostris posses bona verba choreis,
Ut tibi Calliope sermonem subderet apte.
- 55 Quid domino dixi causas audire volenti,
Ob socrus rugas pallescere te referebas.
Hoc si dixisti, laudandam rem simulasti.
Ut repetas iterum Romam, reor utile nostrum,

- Et sanctis referas grates pro munere dandas,
Qui tibi responsum dictabant tam preciosum.
60 Dic, quae misisti, qua silva composuisti?
Ut reor, hanc Musae tibi dilectae tribuere.
Hanc (Has?) et tu studio sapiens venerabere crebro.
Grammate namque sacro te nobilitavit Apollo.
Iam precor ut caveas scriptis terrere puellas,
65 Quas nosti per me, nil responsi
In quibus astutae facundia linguae.
Vivas et valeas: quae sunt contraria, vincas.
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Der letzte Vers (Verg. Ecl. II, 18) gehört wohl nicht zu dem Briefe, sondern nur zu den eigenthümlichen Sprüngen dieser Handschrift. Wir sehen aber aus diesem Brief, dass der Angeredete nach Rom zieht, und dass er aus Lüttich stammt; zugleich die hohe Geltung, in welcher von da kommende Lehrer standen. Es scheint, dass ihm eine Beförderung zu Theil geworden war. Durch eines der ursprünglichen §-zeichen des ersten Schreibers getrennt, folgt dieser kurze Gruss:

Salve mitto tibi, quod non queat adtenuari
Tempore vel spacio terrarum centuplicato.
Dextra dei cunctos spectans virtute probatos,
Assit ubique frequens tibimet felicia mittens.

Grosse Schwierigkeit bietet der unmittelbar darauf folgende Brief; er kann sich nämlich nur auf den Tod Heinrichs III. beziehen, und würde also, wenn er chronologisch hieher gehört, unsere ganze Anordnung umstossen. Nun liesse sich freilich der oben S. 724 mitgetheilte Brief damit vereinigen, nicht aber die bald zu erwähnende Polemik gegen Mangold, und es scheint mir daher wahrscheinlicher, dass hier ein älteres Stück zufällig eingeschoben ist.

- Tempus adest lacrimis, instat quia causa doloris.
 O nimium miserae, quae sunt ventura timete,
 Et clarae vobis virtutis tela parate,
 Ut quae possitis superare nocentia vobis.
- 5 Sed cur haec scribam, si vultis noscere, dicam.
 Qui regnum tenuit, naturae debita solvit,
 Et puer insipiens vult pro patre nunc fore pollens.
 Ergo timor magnus me cogit fundere fletus:
 Nam dispergemur, nisi Christus nos tueatur.
- 10 Quod scriptum legimus, iam iam venisse videmus:
 Ve populo, regi qui subditus est puerili.
 Omnia vertuntur, et deteriora secuntur.

Recht hübsch, aber am Ende unvollständig, ist die folgende Abwehr eines Liebesbriefes oder doch des Lobes der Schönheit.

Quid tibi precipue scribam, nequeo reputare,
 Qui laudes multas esse mihi memoras.
 Num tamen ista ioco dicas, an corde sereno,
 Me latet, et dubius pendet adhuc animus.
 Nam pretermisissis quae sunt insignia cunctis,
 Laudasti formam, sit quasi digna, meam.
 Si quid laudis habet res, quam febris horrida sorbet

Unmittelbar reiht sich daran dieser lange Erguss, welcher ein erstrebtes näheres Verhältniss vorauszusetzen scheint; am Schluss aber sehr anzüglich wird:

- Si puer est talis, quo iungi me tibi gestis,
 Ut quocunque ferat solidum voto sibi cernat (sic),
 Et maneat constans idem fervens nova captans:
 Sit procul a nobis; nam siquis perstat ineptis,
- 5 Luctus adest grandis, dum vult persistere ceptis.
 Nec quandoque viam percurrere consulo ceptam.

- Haec tibi ne nimias reddant, peto, scripta querelas,
Nam mihi res suadet, quicquid mea litera profert.
Sed nec honor, quemquam medio desistere cepto,
10 Esset et aucta magis contractio suspicionis ¹⁾.
Sic placet et nostrum differri tempore ceptum,
Tutius ut nostris vincamus noxia culpis.
Est tibi vana fides, non est dilectio perpes.
Qui fortis nomen tibi iunxit, perdidit omen.
15 Quid prodest nomen, si non retinebis honorem?
Nomine fulgebunt tali, qui fortia querunt.
. habere ²⁾ potius sis amodo iure vocatus.
Nunc breviter dicam, cur haec enigmata solvam.
Cum tibi versiculos misi ratione politos,
20 Non mihi responsum curasti reddere dignum.
Istud nempe tuae viciium successio culpae.
Sed mihi rescripsi (sic) vetuit turbatio regni.
Tu solus pesti potuisses huic medicari,
Nec lorica tuum protexit pectus ineptum.
25 Ensis namque tuus, multa ferrugine tectus,
Etsi percussit hostem, sine vulnere mansit.
At miror, clipeum tua qua (l. quae) ferret manus aptum.
Dextra reor, timido nam convenit hoc bene Sclavo.
Sed forsán dicis: De erat mihi nuntius omnis.
30 Quae tibi porrexit mea scripta, tua mihi ferret,
Mittere si velles, vel si componere scires.

Leider gibt uns dieser Brief lauter ungelöste Räthsel auf. Wieder wird v. 22 die turbatio regni erwähnt. Der Name des Empfängers wird angedeutet, aber nicht genannt, und was bedeutet v. 28 der Sclavus? Ist damit die Abkunft gemeint, so ist der Empfänger von dem Lütticher zu unterscheiden.

1) Hier ist ein unklarer und nicht ganz lesbarer Vers am Rande nachgetragen.

2) Sic! In der Handschrift ist die Lücke so gelassen.

Keine Auskunft gewährt die Antwort:

Nolo meis culpis assignes, quod cita scriptis

Non responsa dabam, quae dare debueram.

Non servo nonum, quod amicis scribo, per annum,

Peniteatque Sclavi consimilesque tui (sic).

Huius desidiaei nosti quia (l. qui) causa fuere: .

Illorum subitus me latuit reditus.

Es ist also, wer den ersten Brief brachte, vermuthlich eine reisende Dame mit Begleitung, zu plötzlich heimgekehrt, um die Antwort mitnehmen zu können. Vollständig scheint der Brief kaum zu sein, und was sich in der Handschrift freilich unmittelbar daranschliesst, rührt von der Schreiberin her, und ist recht derb:

Nomine quod resonat, tibi res feliciter addat:

Hoc mittens obtat, quae bona cuique parat.

Cum scriptis oculos subigat tua dextera nostros,

Ne pigram credas me tibi missa¹⁾

5 Sed quia certa meis non das responsa lituris,

Quid scribam, dubius non mihi fert animus.

Id tantum doleo, quod iactas ore protervo,

Ex nobis multa noscere te stolidè (l. stolidà).

Non curae nobis est, si quid inutile garris:

10 Si laudas etiam spernimus ut nebulam.

Ergo virgineis fugiat procul ille choreis

Agnus (l. Agnis) infestus qui dolet (l. solet) esse lupo.

Wohl nicht von derselben an denselben, oder doch nicht zu derselben Zeit gerichtet sind die folgenden unmittelbar folgenden Verse voll Eifersucht:

Ut valeas animo, quamvis irata rogabo:

Ipsa re didici mihi divos insidiari.

1) In der Handschrift steht credas am Ende, und eine Lücke ist nicht angegeben.

Nam sub amicitia tu me deludis inepta:

Me verbis, alias operam (l. opera) complexus amicas.

5 Quid queror? adversis mihi fiat quod precor illis:

Fert quacunque coma serpentis (l. serpentes) dira Medusa,

Nimphis insiliant quae nunc tua federa temptant.

Denselben werden auch diese Zeilen, aber wohl aus früherer Zeit, gelten:

Me quia fecisti letari sede decenti,

Invidiae iaculo de multis ledor amaro.

Sed ne me noceant et ad imum vulnera condant,

Jam tua prevideat pietas [que] illasque repellas.

In die Zeitgeschichte führen uns die Verse f. 107 v. ein:

Vos proficiscentes prohibetis nos fore tristes,

Presertim verni quæ (l. quia) temporis huc redituri.

Crederet hoc durum pia mens, si non daret unum

Solamen nobis domni comitatus Hugonis.

Hic o o quantos secum deduxit amicos,

Vestibus insignes, et verbis se reputantes

Omnes victuros, quos Norica nutrit ephebos.

Non nobis horum placet experientia morum.

Si steterint clari, vos flebitis inde reiecti:

Si fuerint victi, cantabitis inde recepti.

Wer dieser *Herr Hugo* war, möchten wir wohl gerne wissen. Meiner Meinung nach ein Geistlicher, da ein Laie wohl auch *domnus* genannt werden kann, gewöhnlich aber doch nach seiner Würde bezeichnet wird. Ein vornehmer Herr muss er sein, mit seinem grossen, reichgekleideten Gefolge. Sie bilden sich ein, alle Bayern im Wortstreit mit leichter Mühe überwinden zu können, und erscheinen als gefährliche Nebenbuhler derjenigen, welche sich bisher des gelehrten Verkehrs mit den Damen erfreuten. An Laien, an Krieger und Hofleute, kann man unter diesen Verhältnissen kaum denken. Vielleicht

ist jener Herr Hugo derselbe, von welchem f. 101 ein langes Schmähdgedicht gegen *Mangold* steht:

Hugo orthodoxus Manegoldo Hildebrandino.

- Illicitos questus declinat omnis honestus.
 Mendax, si sapires, verbum Manegolde caveres.
 Dum se Goliass armis et corpore iactat,
 Hunc proprius gladius succiso gutture mactat.
 5 Tuque tuis verbis plus quam gladio iugulatus,
 Nomine terrebas populos, leviter superatus.
 Lumine mentis eges; egeas cum lumine mentis,
 Te ferus error agit, cum, quo fert error, agaris.
 Mater adest revocans: audi revocamina matris.
 10 Fecit aroma potens, oculis colliria fecit,
 Quae si ferre potes, poteris quoque luce potiri.
 Per prurupta ruis; tibi per prurupta ruenti
 Brachia pretendit: ne despice brachia matris.
 Vis materna tenet: cum vi matris tenearis,
 15 Falso conquereris; non hac de matre queraris.
 Illusae mentis, noctis fantasmata passae ¹⁾,
 Umbras ut corpus reputet, viciū solet esse.
 Dum vas propinas faciens oblivia ²⁾ mentis,
 Insanire facis caput, Hildebrande, bibentis.
 20 Est medicina potens tua cuncta fugare venena,
 Hancque manu propria dat mater, non aliena.
 Haec purgat cerebrum, mentis precordia purgat.
 Quisquis eam pellis, ipsa moriere repulsa ³⁾.
 Hanc, Manegolde, tibi mater prefert medicatrix,
 25 Et patris pietas, desperantum revocatrix.
 Petri forma manet: maneat Petri pia forma.
 Regnat spe, lacrimis: hac forma ⁴⁾ tu quoque regna.

1) Hier *p̃ssa* geschrieben, wie schon oben S. 697 *p̃nsa*. 2) *olivia*.

3) *ipsa m. repulsa*, 4) *hanc formam*.

- Paulus persequitur, dum credit sacrificare.
Hinc pie prostratus, sternentem discit amare.
- 30 Turbantur turbasse fidem, non credo negabis,
Sed dicis non confessum, verumque probabis.
O nova lex! o dogma novum, noviter fabricatum!
In sinodis errasse fide, nec sic reprobatum.
Non stravit Saulem, qui se stravisse ferebat,
- 35 Sed quoniam dixit, David dictante cadebat ¹⁾.
Tali sepe modo tumidos confessio punit,
Multis sepe modis humiles celestibus unit.
Si genus humanum spectes ab origine mundi:
Adam peccati defensio pellit ad ima,
- 40 Peccatum gravius David confessio laxat,
Excusata Saul levior transgressio dampnat.
Vigilium culpa confessio solvit ab ira:
Liberium dampnat sceleris defensio dira.
Summo pontifici par presul nemo docetur:
- 45 Sedes sola Petri nunc par nunc maior habetur.
Par est pontifici legum precepta sequenti,
Iudicat ut maior errantem voce potenti.
Floribus his sanctis discretio fecit aroma:
De veteri, de lege nova caute lege poma.
- 50 Quae pure manat ²⁾, culpa confessio sanat;
Hanc qui defendit, mortis laqueum sibi nectit.
Liberium dampnat Romanus presbiter unus;
Errat Anastasius ³⁾, sed et hic a sede ligatur.
Hildebrande, pari meruisti sorte ligari:
Deseruere patres maculam metuendo notari.

Ohne Zweifel ist hier jener Magister Manegold von Lautenbach gemeint, über welchen kürzlich (1868) W. v. Giesebrecht in diesen Sitzungsberichten gehandelt hat. Aber wer ist die Mutter, welche ihn warnt? etwa die deutsche

1) Samuelis II, 1. 2) maneat. 3) Anathasius.

Kirche? die von Heinrich IV. berufenen Synoden? Mir scheint der Ton der Anrede in jene ersten Zeiten des züversichtlichen Auftretens gegen Hildebrand zu weisen. Oder dürfen wir etwa annehmen, dass Hildebrand schon todt war? Dann läge es nahe, an die Gefangenschaft Manegolds 1098 zu denken, und v. 30 „Turbanum“ zu lesen, den bekannten Spottnamen für Urban II. Leider sind die Ermahnungen so allgemein gehalten, und theilweise so dunkel, dass für die Kenntniss der Thatsachen kaum etwas daraus zu gewinnen ist.

Doch wir kehren zu unsern Klosterfrauen zurück. Der Lütticher, so scheint es, ist heimgekehrt, und wird f. 107 v. bewillkommt:

- Nobis Pierides ferrent si vota fideles,
 Optarent tibi quae vellet Apollo bene
 Sic vitae laetae sonus oblectaret ubique,
 Et nil quod cantet, Jupiter esse putet.
 5 Hos (l. Nos) tamen has hilares, quamquam dis inferiores,
 Odas exprimimus, quas notat alta salus.
 Ergo tibi festum sit Salve centuplicatum:
 Expectatus ades, gaudia certa ferens.
 Denique non stolidè te dicimus hinc abeunde (l. tibi
 diximus hinc abeunti),
 10 Quod pax atque salus sit tibi iam reditus.
 Nunc igitur nobis, quia gaudes flos prohibitis.

Unmittelbar folgt darauf: Consumit flatum flans in fornacis hiatum: so bunt und toll gehen die abgeschriebenen Stücke durch einander, und oft fehlt, wie hier, das Ende. Vollständig ist vielleicht, vielleicht auch nur ein Bruchstück, was f. 109 steht:

Nos quibus ornatum dominus dedit et dabit aptum,
 Laudis yperbolicae non oblectamur honore.

Nec tamen indignor, quia pulchra venustaque dicor,
Si modo simpliciter venit haec laus, non petulanter.
Sic (Sed?) detestor eum, qui cor gerit insidiosum,
Quasque iacet (l. iacit) madidae nigro sunt felle sagittae.

An die Sitte der oft wiederholten Ausgabe neuer Münzen erinnern die Verse f. 110:

Quae mihi prima novum dederat bene prodiga nummum,
Semper amanda meae statuatur filia dextrae.

Auch einige der früher vorgekommenen Auspielungen scheinen sich auf damit verbundene Sitten und Spiele zu beziehen.

Weniger friedlich ist die folgende Epistel. Es ist wieder von dem öfter erwähnten coeptum die Rede; sollte gar eine Entführung im Werke sein? Aber die Harmonie ist gestört, und er wird recht grob; aber seine von Anspielungen erfüllte Ausdrucksweise ist sehr unverständlich. Fast scheint es, als ob nicht zusammengehörige Fragmente hier vereinigt wären.

Edita sub primis, rursus quasi surda requiris,
Dicens quae tanti mihi sit fiducia cepti.

Sospite stans cura, non curem scribere plura:

Quod tamen haec finxit, mens indignatio strinxit.

5 Quae tibi marcescunt, mihi mens audacia crescunt.

Quod fore me brutum garris, non est tibi tutum;

Sed quia mendacem bene convenit esse loquacem,

Egraque nec fortis mihi sit commotio cordis,

Invida cum nollet tua, mens mea provida pollet.

10 Palladi devota mihi sufficiunt sua dona.

Emula cornicis quicquid fers garrula dicis.

Nomen habes scurrae: dente convicta recurre.

Non superest fundum tibi nectar mellis ad imum.

Ohne bei allen diesen dunkeln Versen verweilen und sie alle mittheilen zu wollen, setze ich doch die folgenden von f. 111 her. Es scheint sich daraus zu ergeben, dass eine der Dichterinnen Braut gewesen war, und nach dem Tode ihres Verlobten den Schleier genommen hatte; die drei letzten Verse sind vielleicht abzusondern, und mögen ein Geschenk an den König begleitet haben.

Sum tibi cara genae pro sede ruboris amenae.
 Turturis in morem mihi serva, fide, pudorem:
 Sponsi post obitum iam non habitura maritum.
 Hesperidum ramis haec mala recepta superbis
 Doxa puellarum dat regi Palladiarum.
 Hercule nobilior, quia non tulit omnia victor.

Ein Zank tritt uns f. 112 entgegen, da augenscheinlich er mehr wünscht, als sie gewähren will, aber auch hier sind nur Fragmente gemischt, denn von v. 6 oder 7 an wird das Subject weiblich; die feminine Endung v. 7 ist durch den Reim geschützt.

Hocine pro scriptis precium mihi perfida reddis,
 Ut fugias a me, nec inepta velis meminisse,
 Quot vel quanta pii dederim tibi munia voti?
 Si tibi plana fides esset, secreta venires,
 5 Ac mihi deferres, secreti quicquid haberes.
 Nunc autem non re, sed in astu vis agitare,
 Ut tibi me dedam, licet agnoscas alienam.
 Denique lauta bonae non aufers signa puellae.
 Ut tibi plus scribam, vetit (l. vetat) indignatio, quae iam
 Me monet, ut queram meliores teque relinquam.

Dieser Verkehr wurde unterbrochen durch die Ankunft des königlichen Hofes; wegen der zahlreichen und wohl zu Ausschreitungen geneigten Höflinge in der Stadt verbot die Dechantin den Damen auszugehen (f. 112 v.).

Iam felix valeas, letusque per omnia vivas.

Pierides Musae te largo sepius usae.

Ad nos deducito: iubilamus amore probato.

Mercurius faciem nobis monstraret herilem,

5 Si regis comites non essent in urbe frequentes.

Hac causa vetitae trans aera (amnem?) desuper ire,

Corde tibi canimus melos quodcunque negamus.

Ergo pater chere saloni lac cui decet esse.

Diese Milch ist mir ganz unverständlich, und auch am Anfang ist kein rechter Zusammenhang; man müsste denn die Musen in den Accusativ setzen dürfen. Die metrischen Fehler mögen ursprünglich sein. Deutlicher sind die folgenden Zeilen:

Non constat verbis dilectio, sed benefactis.

Quod mihi te verbis et amicam sentio factis,

Si sospes vivam, benefactum par tibi reddam.

Sollte mit folgendem Epigramm die oben S. 720 gescholtene gemeint sein:

Uuia fuit demon, cum demone pergat ad arcon (l. Orcon).

Dilexit rabiem: non habeat requiem.

Darauf folgt noch der Vers:

Mox ego ridebo, cum vos plurare (sic) videbo.

Hiermit endigen diese wenigen Ueberbleibsel eines litterarischen Treibens, einzeln wenig befriedigend, zusammengekommen doch nicht ohne culturhistorische Bedeutung. Weiter folgt in der Handschrift f. 116 v. eine lange und gedehnte, auch mangelhaft überlieferte *Klage Heinrichs IV.* über sein Geschick, an seinen Sohn gerichtet, vielleicht auch ein Regensburger Product; in der Auffassung und Tendenz erinnernd an das Leben Heinrichs IV., dessen einzige Handschrift sich ja auch im Regensburger Kloster

St. Emmeram erhalten hat. Bemerkenswerth ist die Feindschaft gegen die Sachsen und Schwaben, und die Warnung vor deren Treulosigkeit.

- Proli dilectae, summo pater exul in orbe,
 Quere (l. Querere) virtutem, quae dat quesita salutem.
 Cum naturale constet, natos adamare
 Patres, et cum sis mihi filius unicus heres:
- 5 Miror in (l. non) modicum, quis te mihi fecit iniquum.
 In me naturae queris contrarius esse.
 Exul agor patria: tu delectaris in illa.
 O mitem natum! quis te fecit sceleratum?
 Ei mihi! quis patrem contempnere suasit inermem?
- 10 O res, res mira! vere, vere reprobanda!
 Queso quis audivit haec, vel quis talia vidit?
 Gaudeat nunc (l. ut) natus, pater exul et exagitatus.
 Inspice scripturas, res gestas, atque futuras:
 Numquam reperiēs, quin peste patris fleat heres.
- 15 Sed tu tristarīs de prosperitate parentis:
 Quis dedit exemplum, cum non sit in orbe repertum
 Hactenus huic simile, quod numquam credis habere (sic)
 Esse diu rector tu, tanti criminis auctor.
 Unde scelus tantum? puto de pietate parentum.
- 20 Quae tibi natura? nec mater erat tibi dura,
 Nec servus (l. sevus) genitor: deus est mihi testis et auctor.
 Nescio de matre, numquam cavi (sic) de pietate.
 Quid tibi peccavi? nisi quod te totus amavi,
 Et patrio more ditavi regis honore.
- 25 Nunc tua prosperitas diras infert mihi poenas.
 O superi! mitis quae talia premia patris!
 O fili, fili! mihi quam dulcissime fili!
 Si tibi sunt animus, probitas, reverentia, virtus,
 Quid sit Aquisgranis (l. Aquisgrani) factum poteris
 memorare,

- 30 Quo tibi (l. te) nobilium, servorum tibi (sive?) clientum
Spernen (l. Spernens) consilia, mihi qui dixere futura,
Constitui regem, propriam tradens tibi sedem;
Quo mihi iurasti, quod post male, credo, negasti,
Te sine me regnum me vivo non habiturum.
- 35 Nunc ubi iura, fides, nati pietas? ubi leges?
Is (Ilis?) me deceptum, quia donavi tibi regnum,
Censes pellendum; quia commisit (l. commisi) tibi regnum,
Exerces odia pro fascia (l. fascibus) atque corona.
Ut quid persequeris me? quae merces pietatis?
- 40 Quis probet haec acta, mihi cum reddis male facta?
Spes mala, spes dura, si cum patribus peritura
Est exaltatis horum conamine natis.
Absit ut haec facias: tibi sum pater, accipe causas,
Neu des exemplum tibi subiectis abolendum,
- 45 Et dicat quivis: „Haec exemplaria regis“.
Prostrati, flentis potius miserere parentis.
Famae parce tui, si non vis parcere patri.
Aspice quod nostrum vexat discordia regnum:
Propter nos orta, propter nos desinat ira.
- 50 Nec mirum, plebes si discordant, ubi reges.
Pensa quod caeli dant signum raro sereni
Imbribus effusis, turbati nubibus atris.
Aspice quod signa portendunt sidera mira:
Quaedam fulgescunt nimium, quaedam tenebrescunt
- 55 Insolite, sed non sine causa nec ratione.
Dum nova spectantur, maiora dona (sic) parantur.
Ecce procul dubio, quae splendet ab ethere summo,
Mutandos reges designat rara cometes.
Ergo cave, nostri ne sit mutatio regni.
- 60 Omnia turbantur per secula, cuncta parantur,
Vis, dolus et scelera nunc sunt, incendia, furta:
Pro virtute pia succedunt quaeque pericla,
Pro iusto bellum, pro religione duellum.

- Unde (Lücke) quae sunt, tenus hac, quasi clausa
65 Stabant, et merito nudantur tempore nostro.
Scisma fit ecclesiae. mundus dissentit ubique,
Clerus de plebe, vulgus de nobilitate.
Omne pium ius negligitur, lex vilis habetur;
Jura sacerdotum plebs exigit inscia legum,
70 Baptizat vulgus, sacratur chrismate nullus.
Lex pia deletur penitus (Lücke)
Possem multa queri, si (tu) velles misereri.
Non teneo lacrimas, dum computo res miserandas.
Ista movent et te, nisi si careas pietate.
75 Quis neget haec flere? miserere, precor, miserere!
Jam nihil offertur, nec missa deo celebratur.
Mistica nemo colit, nemo legit aut canit et quid,
Obsecro, mirandum, cum virtus deficiat, cum
Desit apostolicus legali (Lücke)
80 Ex cuius meritis iugera (l. vigeant) pax et status orbis.
Sic inter mites spargit discordia lites,
Cum per rectores pereunt virtutis honores.
Sed puto sic faris: „Venit hoc ex crimine patris“.
Sum carnalis ego; vivit sine crimine nemo,
85 Et me peccasse fateor, sed queso quid ad te?
Non reprehendendus, nec eram tibi corripiendus,
Qui, nisi factorem, statui mihi quemque minorem,
Nomine, non merito. Quod si vis pellere regno
Me peccatorem, spernens pietatis amorem,
90 Obsecro te per eum, qui sceptrum regit superiorum:
Da saltem minimam respondendi mihi causam.
Forsan ut expurgatus — adest tibi turba senatus —
Restituar regno, tibi, nate, satis faciendo.
Quod si privari me regno proposuisti
95 Expulsum misere sine veri conditione:
Nec vincit pietas, nec legis cura nec aetas:
Et tunc consilio, si vis, fungare paterno.

- Suevulus et Saxo procul absistant tibi! Saxo
Perfida gens vere; per eos multi periire
100 Fraude doli: pater ipse poli parcat tibi soli,
Ne raptum per eos, per eos (te) surripiat mors.
Hinc orton, fili, si queris dignus haberi,
Sicut serpentes istorum prospice fraudes.
Queso quis inlesus discessit ab his nisi lesus?
105 Omni momento tales vitare memento,
Et patrios hostes fuge, nate, tuos velud hostes.
Provideat dominus, si quis fuerit tibi natus,
Ut tu me, ne te simili dampnet ratione.
Prohdolor infelix ego quondam maximus orbis
110 Rex et cesar eram, magnalia iura regebam:
Nunc miser et pauper, non est mihi (me?) vilior alter.
Ei mihi! quid faciam? quo me vertam? cui credam?
Cui fuero carus, natus mihi cum sit amarus?
Sum velud orbatus, quamquam vivat mihi natus.
115 Vellem posse mori, sic sic parcendo dolori.
Nate, precor, nate! frustra mihi sepe vocate!
Spernendo patrem, cur contempnis pietatem?
Immo creatorem timeas, qui cum patre matrem
Iussit honorari pre cunctis et venerari.
120 Vilibus ex rebus nunc exemplum capiamus:
Inspice naturas pecorum ratione carentum,
Quae sese natis iungunt et amantur ab illis;
Quantomagus tu me cum fungaris ratione,
Qui generavi te, nutrivi te religiosel
125 Nunc demum vere scio somnia pondus habere:
Somnia nam vidi quondam, presagia veri.
Lecto prostratus somni dulcedine captus,
Lassatus nimium, vidi succrescere quercum
Ex proprio latere, qua non est maior in orbe.
130 Primum vilis erat, nimium (minus atque?) vigoris habebat;
Post tempus modicum mire succrevit in altum,

- Et peperit flores, de me capiendo vigores.
 Ramos extendit, nec iam velut ante pependit.
 Dans umbram late, volucres pecudes (trahit) ad se.
 135 Sic crevit, viresque mihi virtutis ademit.
 Vix capud erexi, sed tollere membra nequivi.
 Tunc excitus ego, volvens (et) somnia crebro,
 Pro nihilo tenui, qui somnia vana putavi.
 Sed nunc postremo mihi vera patent, heu sero!
 140 Quid facias, queso, videas; vere tibi dico:
 Nunc ego si pellar, et tu pelleris, et error
 Peior erit primo. Fili dilecte, caveto.

Nach verschiedenen anderen Dingen folgt f. 126 ein langes Gedicht in Distichen, auch dieses merkwürdig durch die genaue Bekanntschaft mit den alten Dichtern und der Mythologie. Den Gegenstand bildet die immer wiederkehrende Klage über die Schlechtigkeit der Zeit. Der Anfang lautet:

*Versibus his quidam, virtutibus esse ruinam,
 Et vires viciis satirizat crescere cunctis.*

Destituit terras decus orbis, gloria rerum,
 Virtus, mortali dicta negare mori.

Weiterhin kommt eine grosse Beschreibung und Verwünschung der Avaritia, welche ich als Probe mittheile:

O furiam vultus dubii: soror haec tua, Protheu!

Morborum morbus creditur esse salus.

Candeat in cupido cum sic scelerata cupido,

Dicam nil talis nequius ille sitis (sic).

O patuli rictus numquam satiabile monstrum!

Semper habendo vorans, semper ut abdat hians.

Influat hoc baratrum, quod mundus continet, aurum:

Arpiae talis ingluvies sitiet.

Aurum quod tangit faciens, Mida talis egebat:

Non minus hoc quod habet, quam quod habere cupit.
Sed quem tam pleno perfundit copia cornu,

Te nudum trita posce tegat tunica;
Huic supplex insta, qua mollieris prece saxa:

Os rapies sicca fauce lupi cicius.
Hinc Virtus abiit, terras Astrea reliquit,
Terga dedit Pietas, dando locum sceleri.

Ius, fas, maiestas, regnum, curule tribunal,
Nummo cesserunt, omnia solus erit.
Publica spes nummus, nunc rege potentior omni.

(Der Pentameter fehlt.)

Nummus nobilitas, nummus sapientia, quae nunc
Pretendens superat; pauper ubique iacet.

Qui florere cupis, nummo stipa latus: ipse
Te sublimabit, quaeque cupita ferens.

Sceptriger est crescens ex omni crimine nummus,
Omnia virtutis premia solus habet.

Si preter nummum te spes animat bona rerum,
Spem cassam pascis plus et Oreste furis.

Si via virtutis tibi spondet culmen honoris,
Pendulus in baculo fidis harundineo.

Si Pegaso fultus, centum superando Chimeras
In cinerem dederis, nil nisi pauper eris.

Quem prius illustrem bis sex fecere labores,
Passum mille quidem nunc tegerent inopem.

Omnis inops inglorius, et si dignius ipsa
Presens hunc Virtus subleuet in manibus.

Piscis aquae, mel api, debetur vitibus uva,
Caseus et lacti: gloria, numme, tibi.

Solus nunc nummus virtutis habetur amicus,
Solus diligitur, solus adhuc colitur.

Stipatur multo tua curia, numme, senatu:
Incurvare genu quem pudet, alme, tibi?

Si nummo nondum templi surrexerit ara,
Divina colitur religione tamen.

Si non per nummum iuratur, quis tamen horret
Nunc causa nummi sacrilegus fieri?

Olim philosophi fuerat, lucra spernere nummi:
Nunc nisi nummatus, Plato foret vacuus.

Auch die Invidia wird ausführlich behandelt, die Geschichte von Tiberius und dem Erfinder des biegsamen Glases, von Cäsars Tod, von Phalaris and Busiris eingeflochten. Mythologische Erläuterungen schliessen sich daran; dann folgt f. 132 v. ein anderes langes und recht hübsches Gedicht über Orpheus, welches sich so vollständig im Alterthum bewegt, so ohne alle Spur des Christenthums ist, dass es in dieser Beziehung ebenso gut dem heidnischen Alterthum angehören könnte.

De Orpheo (et) Euridice.

Arti materiae iunctum sudando labore (sic)
Manibus extorsit Orpheus Euridicen.

In langer Aufzählung erscheinen alle Bäume und Thiere, welche seiner Kunst lauschen, u. a.

Iactat cum collo caudae spectacula pavo,
Capte lira nescis, psitache Chere tuum.

Viel mythologische und andere Gelehrsamkeit wird dabei entfaltet; auffallend waren mir die Verse f. 134:

Sub cane versatur pede demulcens lepus aurem,
Non cavet insidias mus ibi, catte, tuas.
Se discunt onagros asini, bos se videt urum,
Mustelam meminit candida se migalis.

Und bei den Höllenstrafen f. 137:

Non torret torvum lapsura silex Catilinam,
Perlambunt flammae mitius Aloidas.

Schliesslich kommt eine moralische Nutzenanwendung, mit dem guten Rath:

Pectoris informans scola te ratione magistra,
Ferventem teneat semper amore novo.

Das Ende lautet f. 139 v.:

Conscia virtutis mens altum spirat amorem,
In quodam secum culmine pacis ovans.

Erwähnung verdient nun endlich noch, was mit sehr enger Schrift auf der letzten Seite der Handschrift steht:

Sunt orientia, sunt morientia carnea quaeque.
Est homo vermibus et pater et cibus, et cinis eque.
Sed licet extera sint nimis aspera quae vereamur,
Pars tamen intima percipit optima, si mereamur.

§ Vir venerabilis inreparabilis, inde dolendum,
Vermibus obsitus hic iacet abditus, inde gemendum.
Sed caro marcida, tabida, fetida, si cinerescat,
Spiritus evolat, ut patriam colat atque quiescat.
Intrat ovilia spiritualia, quo properabat,
Vita theorica, vitaeque practica quem decorabat.
Dum caro verminat atque coinquinat infima busti,
Corporis hospita fert sibi debita premia iusti.
Libera carcere gaudet in ethere deliciosa:
Haec retributio, quam feret actio religiosa.

§ *Fulco* piissime, tu placidissime, tu sacer abbas,
Perpetualibus addere civibus, ut rogitabas.
Da Petre claviger, ut polus astriger huic reseretur.
Flexerat huc iter, ut tibi dulciter obsequeretur.

Diese drei Stücke, in gleichem verkünsteltem Metrum, scheinen zusammen zu gehören; wer aber der Abt Fulco war, vermag ich nicht zu sagen. Fast scheint es nach dem letzten Vers, als wäre er auf der Reise oder Pilgerfahrt in

einem fremden Kloster gestorben; über den eigenen Abt würde man sich anders ausgedrückt haben, wie etwa in dem folgenden Epithaphium:

- Forma, decus morum, dux, norma, pater monachorum,
 Ecclesiae gremio accubat hic fgknp.
 Vir probus atque pudens, mansuetus, ad omnia prudens,
 Doctor precipuus, assecla, Christe, tuus.
 5 Qui se, dum vixit, tibi commoriens crucifixit
 Carnis deliciis, cum libitu viciis.
 Auxit, provexit, hunc cetum, te duce rexit
 Exemplis, meritis, iusticiae monitis.
 Vere te dignus pastor pius atque benignus,
 10 Extans forma gregis, moribus egregiis.
 Exemptum membris transfers in fine Decembris,
 Est ubi vita quies, pax sine fine dies:
 Fac inter cetum dextrum quem surgere letum,
 Dum sonat e nube vox tremebunda tubae.

fgknp d. i. nach der bekannten Weise, für einen Vocal den folgenden Consonant zu setzen, *Egino*, den ich im Nekrolog von St. Emmeram am 31. December finde; welchem Kloster er vorstand, wird sich auch wohl noch feststellen lassen. Was noch folgt, ist ohne persönliche Beziehung:

- Omnis quid sit homo, lacrimoso carmine promo,
 Quod quotiens cernas, animo terrestria spernas.
 Est homo par feno, flori simulandus ameno:
 Mane quidem crescit, vernat, sine labe virescit;
 5 Vespere pallebit, moriens sine mente iacebit,
 Quodque datur terrae, compellor flendo referre.
 Hic caro vermīs erit: quis non super ista stupebit?
 Gloria quam gessit, fragilis velud umbra recessit.
 Post finem rerum, post haec momenta dierum,
 10 Surget et astat, tuba cum metuenda sonabit.
 Si bona, salvatur; si turpis, in igne crematur.

- § Ne quid membranae spacii remaneret inane,
Paucis construxi, quod dignum scribere duxi,
Haec quam vita brevi, heul tempore clauditur evi.
Ut flos egressus hominis, velud umbra recessus.
- 5 Matre satus crescit, puer ex puero iuvenescit;
Post medias metas vitae senii subit etas.
Hinc sequitur languor, meror, gemitus, dolor, angor:
• Mors nulli cara tandem succedit amara.
Inde datur terrae, quod cogor flendo referre.
- 10 Fit deummicis (demumque cinis?) hic omnis homo
tibi finis.

- Hinc probo nil esse, quod sit transire necesse,
Nil constare ratum durans sub sole creatum.
Vivat quis, duret hic quanto tempore, curet.
Omnia sunt leta: finem dabit ultima meta.
- 15 Felix tranquillam vitam qui tendit ad illam,
Est ubi pax, requies, iubilum, lux, gloria perpes;
Non dolor infestus: ibi mors procul est, labor, estus.
Prata virent flore, loca quaeque replentur odore.
Quae bona sint inibi, dici nequeunt neque scribi.
- 20 Vita beatorum, Ihesu, fons summe bonorum:
Da quandoque frui nos hac dulcedine iugi.

Vielleicht können diese erbaulichen Verse zeigen, dass mit jenen classischen Studien des elften Jahrhunderts fromme kirchliche Gesinnung sich recht wohl vertrug. Wenn einige Leichtfertigkeit sich leicht dazu gesellte, so darf man nicht vergessen, dass die später zur Herrschaft gelangte hierarchische Partei mit ihrer Askese das Fleisch doch nicht abtödten konnte, und dass die Ausartung nur um so hässlicher erscheint, wo sie mit Unwissenheit und Fanatismus verbunden ist.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Sitzungsberichte der philosophisch-philologische und historische Klasse der Bayerischen Akademie der Wissenschaften München](#)

Jahr/Year: 1873

Band/Volume: [1873](#)

Autor(en)/Author(s): Wattenbach Wilhelm

Artikel/Article: [Mittheilungen aus zwei Handschriften der K. Hof- und Staatsbibliothek 685-747](#)